oim scōz. Unde ipse dixit. Ego sum lux mundi: & dies. i. xps q̄ illūinat oēm diē et parat oēm lucē. cū aut mirabile sit: qz sicut p̄ est lux: & filius & sp̄s sc̄tus sit lux non tñ tres luces. sed p̄ & filius & sp̄s sc̄tus vna & inseparabilis est lux. sicut in hac dictōe q̄ est lux sunt tres lfe: & vnus sonus: cui ad significationem ipsius sensus aliqd addi vel minui nō p̄t: sic quoq; cū tres p̄sone sint: est vna deitas cui naturalr addi vel minui nihil potest. Nō em̄ de⁹ tres luces est: qz si vep̄ esset: tñ lux vna nō esset. nā q̄cqd corporali diuidi p̄t in illa substantia: q̄ diueritate parit: non potest dici vnū: & detegis. i. ap̄s: tenebras. i. versutias nostras. i. diaboli: qz p̄ & crederis lumē lucis. i. p̄s: tu dico. predicās. i. p̄mittens ap̄s: beatū lumē. idest spiritū sanctum.

o sancte dñe: q̄ dñaris: p̄camur. idest rogamus te: defende. i. protege nos a vicijs: & ab insidiatorib⁹ n̄ris. i. demonib⁹: qui vt leones rugientes circūant querēs tes quē deuorent. vt ait ap̄s. in hac nocte. i. in presenti vita: & requies sit nobis in te. i. requiescamus tecum in celesti regno: et tribue. i. concede noctem quietam. i. tranquillam et securam.

Ne grauis somnus irruat: i. opp̄mat nos nec hostis. i. diabolus surripiat. i. fraudulenter decipiat nos: nec caro n̄ra illi cōsentiens. i. diabolo in peccato: nos reos statuatur. idest faciat esse culpabiles: tibi.

Quāuis dico q̄ grauis somnus non irruat: tñ nō dico q̄ oculi somnū non captant: imo aliquātulū captant: & hic oculi somnū capiāt. i. aliquātulū captant vt corpus refocillet: cor. i. mēs: semp vigilet ad te: et o tu dñe: dextera tua. i. auxiliū tuū: p̄regat famulos. scilicet qui te diligunt.

Defensor noster aspice nos: & reprime insidiantes. i. demones q̄ semp insidiantur nobis: & q̄ maligni sp̄s semp sint parati insidiari nobis & nocere & aias ingulare: ideo petimus vt deus eos reprimate restringat ne nocere valeat.

Est notādū q̄ maligni sp̄s tres habet habitationes. scilicet in inferno: in aere: & in terra. Illi q̄ in terra manent diuiduntur in

Feria. II. ad vesp̄as.

duabus partibus: & vocantur larue & larues. larue in nocte ledit. larues aut in die: gubernat. i. rege nostros famulos: quos mercatus es. i. redemisti tuo sanguine. Et nota q̄ dñs p̄ pct̄is serui fuimus: modo per xpm liberi facti sumus: quia nec auro corruptibili: sed proprio sanguine suo nos redemit.

Memento nostri domine:
In grati isto corpore.
Quies defensor animæ:
Adesto nobis domine.

Et q̄a sumus redempti sanguine dñi: ideo non debemus voluptati n̄re fatissationē facere. sed preceptis eius p̄ salute nostra nosmetipsos onerare & iugiter applicare. Unde dauid. Preceptum dñi lucidum illuminans oculos meos. & dñe memento nostri in grati isto corpore. i. corruptibili: qui es defensor anime: o tu domine adesto nobis idest esto ad defensionem nostram.

Carinē est quale illud Primo dierū. Canis ad horas vesp̄tinas ferat. ii. Alludens ad illud Genesis. i. q̄ aque superiores ab inferioribus sunt distinctæ. petit vt lumine fideli illustremur.

Imense cœli conditor:
Qui mixta ne cōfunderet:
Aque fluente diuidens:
Cœlum dedisti līmitem.

Imense cœli conditor: i. inuocatio quā facit auctor: vt quēadmodū xps aq̄s ab aq̄s in sc̄da die separauit. partē in terra reliquit & partē in celo attulit. p̄pter n̄m mietatē aq̄. ideo qz terra cōfusa erat: & ne calor solis dissiparet res in sudanas: ita diuidat mentes n̄ras a malis opib⁹. Sed q̄ritur cur parit attulit in celū: & ad qd celū ignē est. ignis leuis marie est: & ideo si non interposuisset aliud elementū: puta aquā: ignis totam terrā leuiter cōbureret. Et si querat qualiter aq̄ manent sup ignē: Augustinus dicit q̄ fortitudo ignis aquā coagulat & coarctat. Itē q̄ritur si celū mobile est & rotundū: quō aq̄ manent sursum. Ambrosius dat hoc exēplū: q̄a multa corpora exeri⁹ sunt rotūda q̄ interius sunt quadrata & sic p̄t esse celū. Celestes nāq; nature ignee sunt. Et sp̄s dñi pur⁹ ether: qz rogus. i. ignis. Unde nisi vnda superioris & in feriois aq̄ ethera siue ignē tēperaret totā terrā incēderet & ruptā in puluere dissiparet. & xpe cōditor imense. i. sine mensura: celi q̄ diuidēs fluente aq̄. i. aquarū cursus: ne cōfunderet mixta sup facie terre. i. cōfusionē faceret: celū dedisti līmitē. i. terminū inter aquas supiores & inferiores.

Firmans locum cœlestibus:
Stimulq; terræ riuulis.
Vt vnda flāmas temperet:
Terræ solum ne dissipent.
Infunde nunc piissime:
Donum penitentiæ gratiæ:
Fraudis nouæ ne casibus:
Nos error atterat vetus.

Tu dico firmās locum inter aquas celestes & aquas terrestres: celestibus. i. angelis vel aq̄s & simul riuulis terre. i. fluminibus vel peccatorib⁹: vt vnda. i. aq̄ tēpet flāmas. i. ignē firmamēt: ne flāme dissipent solum terre: solum. i. soliditatem.

Et tu piissime infunde nunc. i. in presenti: donū penitentiæ gr̄e. i. sp̄s sc̄ti: ne error ido latrē vel originale pct̄is. vetus idest antiquus. atterat. i. cōstrat nos casibus nouis.



Feria.ii.ad nocturnum.

fraudis. idest heresis vel diaboli. noue dicit: quia nullus alius peccauerat originale peccatum.

Lucem fides inueniat:
Hec luminis iubar ferat.
Hec vana cuncta terreat:
Hanc falsa nulla comprimant.

Et fides nra inueniat lucē tuā o tu xpe: et inueniendo ferat iubar. i. splendore luminis. i. spūsancti. et ferendo iubar tribuat se nobis: hec. idest fides: terreat cuncta vana. i. cunctam prauitatem hereticam: nulla falsa comprimant. i. deprimant hanc scilicet fidem.

Carmen est quale illud Primo dierū. Canitur secūda feria ad horas nocturnas. Hortatur nos vt surgamus ad orationem qua deum confiteamur: & peccatorum veniam petamus.

Omno resectis artubus:
Spreto cubili surgimus.
Nobis pater canentibus:
Adeffe te deposcimus.

Materia huius hymni est q̄ debemus surgere de lecto. i. de peccato: et de precari deum vt dimittat nobis peccata nra: scz presentia: preterita: et futura. Cum facimus inuocationem ad deum patrem sic debemus dicere. O deus pater resectis artubus somno. idest sensibz nostris repletis in mundana delectatione. surgamus spreto cubili. idest ipsa delectatione. quia postq̄ furint membra nostra refocilata somno et reparata virtute debemus cum indignatione spernere: et ad dei seruitium festinare: et tūc deus aderit nobis: deposcimus. idest deprecamur te adesse. scilicet presentē. nobis canentibus. idest laudantibus.

Te lingua primum concinat:
Te mentis ardor ambient.
Vt actuum sequentium:
Tu sancte sis exordium.

Et ideo nō solum corde: sed etiam lingua te deprecamur. o domine lingua nostra concinat. idest laudet: te primū. idest maxime super omnia: ardor. idest amor mentis nostre: ambient. idest desideret te. et ad quid: vt tu sancte pater: sis exordium. i. principium nostrorum actuum sequentium: vt omnis nostra actio a te semper incipiat: et per te incepta finiatur.

Cedant tenebræ luminis:
Et nox diurno syderi.
Vt culpa quam nox intulit:
Lucis labelcat munere.

Tenebræ. idest vitia et peccata. cedāt. idest locum dent: luminis. i. christo. et nox supple cedat diurno syderi. idest soli. vt culpa. idest peccati quā nox intulit nobis. idest diabolus. labelcat idest euascat munere idest gratia. lucis idest christi vel spiritus sancti.

Precamur idem supplices:
Noxas vt omnes amputes.
Vt ore te canentium:
Lauderis in perpetuum.

Hos supplices. idest humiles. precamur idem. idest illud te ad quid vt amputes idest auferas oēs noxas: idest omnia peccata et vitia. vt lauderis in perpetuum more canentium te.

Feria.ii.ad laudes.

Carmen est quale illud Primo dierum. Canitur feria secūda ad laudes matutinas. Aduentante luce: filium qui est splendor patris: deinde patrem ipsum multa petens implorat.

Splendor paterne glorie.
De luce lucē proferens:
Lux lucis & fons luminis:
Dies diem illuminans:

Materia huius hymni est patris et filij et spiritus sancti credulitas et tantū pater sit in filio: et filius in patre: et spiritus sanctus procedens ab utroq; et per hanc credulitatem rogamus vt confirmet. i. confirmet nobis suam gratiam: vt sit nobis cibus et potus. O christe qui es splendor paterne glorie. idest patris: quia per patrem glorificatur. proferens lucem idest spiritum sanctum: de luce. i. de patre: vel proferens. i. manifestans: lucē. i. reipsum eternam lucem venientem in hunc mundum de luce paterna. O lux. i. filius: lucis. i. patris. et fons et origo luminis: vel spūsancti. tu dico dico illuminans diē. illos quos p̄dicatione apostolorū facis illuminari.

ferat nobis suam gratiam: vt sit nobis cibus et potus. O christe qui es splendor paterne glorie. idest patris: quia per patrem glorificatur. proferens lucem idest spiritum sanctum: de luce. i. de patre: vel proferens. i. manifestans: lucē. i. reipsum eternam lucem venientem in hunc mundum de luce paterna. O lux. i. filius: lucis. i. patris. et fons et origo luminis: vel spūsancti. tu dico dico illuminans diē. illos quos p̄dicatione apostolorū facis illuminari.

Verusq; sol illabere:
Micans nitore perpeti.
Iubarq; sancti spiritus.
Infunde nostris sensibus.

Et tu o xpe q̄ es verus sol illabere. i. descende: micans nitore perpeti. idest prope tuolumine eterno: infunde. idest mitte: iubar idest splendorem spiritus sancti: nris sensibus. i. nris mentibus: et non solum vocemus te filium: sed patrem.

Votis vocemus te patrem:
Patrem perentis glorie.
Pater potentis gratie:
Culpam relegat lubricam.

Et nō solum vocemus te filium: sed votis vocemus: idest precemur cū desiderio. vocemus inq; te patrem perentis glorie et perpetue: quia infinita eris. et vocemus vt pater potentis gratie: relegat. i. restringat vel mittat in exiliū: culpam

lubricam. i. libidinem que facit hominem cito labi de bono ad malum.
Informet actus strenuos:
Dentem retundat inuidi.
Casus secundet asperos:
Donet gerendi gratiam.

Dixi inuocemus: et quare: vt p̄ informet. i. componat actus strenuos. i. honestos. scz bonas operationes: et retundat. i. frangat: dentē. i. fortitudinē inuidi. i. diaboli. et quēadmodū aliq̄s mordet escā: ita diabolus mordet et seducit xpianos

operando mala in eis: et secundet. i. faciat prosperos casus nostros: asperos. i. castigando nos piissime faciat secundare: donet nobis grām gerendi. i. patiendi eisdem casus asperos.
Casto fideli corpore.
Fides calore ferueat:
Fraudes venena nesciat.

Modo quertite ad fideles: q̄si dicat: filiū infundat in nobis iubar sc̄i spūs: et actū nros dirigat et gubernet mētē. i. aiaz nram: et regat eā castā i fide catholica: si

casto corpore sancte ecclesie. vt fides nostra ferueat. i. ardeat calore charitatis: et amore spiritus sancti: nesciat venena. i. hereses: fraudes idest diaboli.



Feria.iii.ad nocturnum.

Christusq; nobis sit cibus:
Potusq; noster sit fides.
Leti bibamus sobrietate:
Ebricitatem spiritus.

pro: xps sit cibus celestis: et fides. scilicet catholica sit noster potus: leti. scilicet alacres vel hilaris. bibamus sobrietate. id est temperate. in fustione spiritus sancti: ut nos seruet a peccato. Et ebrietas spiritus est sobria. id est temperata et modesta: quia homines insinuat amore dei: et seruat ab amore peccati: quia sicut ille qui est ebrius obliuioni tradit omnia: nec recordatur: sic qui plenus est spiritu sancto vel gratia spiritus sancti: omnia mundana obliuiscit.

Lætus dies hic transeat:
Pudor sit vt diluculum.
Fides sit vt meridies:
Crepusculū mens nesciat.

custos est pudor: siue rubor: fides sit velut meridies: et seruet amore spiritus sancti sicut meridies seruet: et mens crepusculum nesciat. id est peccatum: quia crepusculum est lucis id est diei finis et noctis principium.

Aurora cursus prouehit:
Aurora totus proueat:
In patre totus filius:
Et totus in verbo pater.

Carmen est quale illud Primo dierum. Canitur feria. iiii. ad nocturnas horas per noctis tenebras. petit a christo: qui est vera lux ut ignorantie tenebras & somni desidiam a nobis discutiat.

Confors patrum luminis:
Lux ipse lucis & dies.
Noctem canedo rupim:
Assiste postulantes.

Christo ipse christus victor. id est peccatorum tenebras effugauit: et totum mundum illuminauit. Christus confortis. id est equalis vel consors eius nature: quia est pater: quoniam unum est nomen patris et filij et spiritus sancti: patris luminis: tu inquam christe confortis luminis: et ipse lux. id est filius et pater: et dies dierum vel omnium luminis: rupim noctem. id est peccatum: canedo. id est laudando te. Et ideo assiste postulantes te cum precibus. Ausere tenebras. id est ignorantias mentium nostrarum: fuga cateruas demonum. id est turbas malitorum spirituum: expelle somnolentiam: id est anime pigritiam: ne

Feria.iii.ad laudes.

illa somnolentia. id est peccatorum dormitio vel negligentia: obruat. id est precipitet: pigritates: id est in peccatis dormientes. Sic christe nobis omnibus: Indulgeas credentibus. Ut prosit exorantibus: Quod precinentes psallimus.

Carmen est quale illud Primo dierum. Canitur ad laudes matutinas feria tertia. Quia quemadmodum gallus nos a somno excitat ita & christus a socordia. deinde christi misericordiam. Implorat. Hic hymnus est prudentis clementis ex libro qui ab illo inscribitur cathemerinon. id est per horas diei ad galli cantum.

Les dies nuncius.
A Lucē propinquā pcinit.
Nos excitator mentium:
Iam christus ad vitam vocat.

Materia huius hymni est exhortatio christi ad nos: ut surgamus a vitijs et adhereamus virtutibus. et promittit exemplum aliter. id est galli. Sicut enim galli cantus nos excitat vel vocat ad diem venturum. sic christus excitat mentes nostras et vocat nos per scripturas sacras ad opera virtuosa promittens quod in proximo est venturus. eius vero aduentus temporis ignoratur. Unde bene dicitur. Surgite et vigilate quia nescitis diem neque horam. etc. Aliter id est gallus nuncius diei precinit. id est predicat lucem. id est diem nobis propinquam: christus excitator mentium nostrarum: vocat nos ad vitam: iam id est iam ad se vocat nos.

Auferte clamat lectulos.
Egros sopore desides.
Castiq; recti ac sobrii.
Vigilate iam sum proximus.

Christus clamat. id est vocat et precipit nobis dicens. auferte. id est relinquit lectulos dicens: o desides. id est o pigri relinquit lectulos egros. id est carnalitate vel corda vestra. sopore id est peccato treti tam aut insequentes libidine. Et vigilate casti non postulantes: recti non toruolose: sobrie non ebrie. Et bene debetis facere hoc: quia ego christus iam proximus sum vobis. Vel secundum aliam litteram. O casti anima et corpore: et o recti verbo et opere id est temperati cibo et potu: vigilate iam sum proximus.

Iesum clamus vocibus:
Flentes precantes sobrie.
Intenta supplicatio:
Dormire cor mundū vetat.

Et quia christus est proximus o fratres: clamus id est vocemus iesum: vos dico flentes precantes: id est cum fletu rogantes illum sobrie: id est cum sobrietate sine omni feditate intenta supplicatio: id est assidua deprecatio. vetat cor mundum dormire: id est in aliquo mortali peccato manere.



Feria. ii. ad vesp̄as.

Tu christe somnum discute:
Tu rumpe noctis vincula.
Tu solve peccatum vetus:
Nouumq; lumeningere.

ut nos non decipiant. tu solve peccatum vetus. idest originale: etingere. idest immitte nouum lumen. idest spiritum sanctum qui dicitur nouus: quia eijcitur a nobis vetera peccata nos renouat lumine gratie.

Carmē est quale illud Primo dierum. Canitur ad horas vesp̄as
tinas feria tertia: quo die quia terra protulit herbam virentem: pe-
tit nostra peccata gratiæ vigore mundari.

Telluris ingens conditor:
Mundi solū qui eruens:
Pulsis aquæ molestiis:
Terram dedisti immobilem:

mobilem vt faceret fructum gratum: ita faciat membra nostra acceptabilia ad fructificandum sibi. O ingens conditor telluris. idest totius orbis. qui eruens. idest diuidens. solum mundi ab aquis. scilicet ab inferioribus et a superioribus. atq; pro et dedisti terram immobilem et hoc pulsis molestiis idest elementis que valde molesta erant dum inter se essent confusa. idest simul mixta.

Vt germen aptum proferens:
Fuluis decora floribus:
Fecunda fructu susteret:
Pastumq; gratum redderet:

sa: fuluis floribus idest rubeis et albis. q; pro et redderet gratum pastū idest cibum acceptabilem tam hominibus q; pecudibus.

Mentis perustæ vulnera:
Munda vigoris gratia.
Vt facta factu diluat:
Motusq; prauos atterat.

O christe munda idest purga vulnera peruste mentis idest peccata vel flamas anime peccatrici. et hoc gratia vigoris. idest spiritus sancti. vt diluat facta idest emendet peccata comissa. fletu idest gemitu. q; pro et: atterat idest auertat. prauos uos motus. i. refrenet nros prauos actus.

Iussis tuis obtemperet:
Nullis malis approximet.
Bonis repleri gaudeat:
Et mortis actum nesciat.

Et mens illuminata obtemperet iussis tuis. i. obediat mandatis tuis. et non approximet idest non accedat vel appropinquet malis vllis. s. operibus sed gaudeat impleri bonis operibus. et nesciat

actum mortis. i. non cognoscat mortale peccatum vel penas inferni.

Feria. iiii. ad nocturnum.

Carmen est quale illud Primo dierum. Canitur ad horas nocturnas feria quarta. Surgentibus per noctis somnum ad confitendum christo: petit peccatorum condonationem.

Rerum creator optime:
Rectorq; noster aspice.
Nos a quiete noxia:
Morsos sopore libera.

Materia huius hymni est inuocatio ad deum: vt dignetur criminibus nris ignoscere: vt sicut surgim⁹ de lecto et rumpimus noctem: sic christ⁹ rumpat peccata. O optime creator omnium rerū. et

o rector noster aspice nos. i. libera nos a quiete noxia: quia que carnē obruant: noxia sunt sancte anime: nos dico: libera. idest redime: morsos. idest obrutos: sopore. idest peccato.

Te sancte christe poscimus.
Ignosce tu criminibus.
Ad confitendum surgimus.
Morsosq; noctis rumpimus.

O deo poscimus. i. deprecamur te: o sancte xpe ignosce. i. parce culpīs oib⁹ vel ignosce tu criminibus nostris oib⁹. surgimus de virtute in virtute scilicet confitendo peccata. et rumpimus morsos. i. impedimenta: noctis. i. diaboli.

Mentes manusq; tollimus:
Prophetam sicut nouimus.
Nobis gerendum præcipit.
Paulusq; gestis censuit.

Tollimus. i. subleuamus mētes. i. cogitationes: et manus. i. operationes sicut nouimus prophetam. s. dauid q; præcipit. i. iubet nobis gerendum. i. faciendum dicens. Media nocte etc. Et paul⁹ censuit. i. scripturis suis indicauit dicens. Hora est nos iam de somno surgere. gestis. i. factis.

Vides malū quod gessimus:
Occulta nostra pandimus.
Preces gementes fundimus:
Dimitte quod peccauimus.

O de⁹ vides malum quod gessim⁹. id est fecimus: et ideo pandimus occulta nostra. i. peccata. s. per confessionē. gementes. i. suspirantes. fundimus tibi preces. et

ideo dimitte idest dona quod peccauimus idest deliquimus.

Carmen est quale illud Primo dierum. Canitur ad laudes matutinas feria quarta. Hymnus est prudenti ex libro qui chathemerinon inscribitur.

Nox tenebre & nubila:
Confusa mundi & turbida:
Lux intrat: albescit polus:
Christus venit discedite.

O nox. i. diabolice. i. horum aliqui accipiuntur pro ira. pro tempore. pro diabolo et pro obscuritate. et ideo o tenebre. idest o peccata. et nubila discorde hereticorum: et turbida mundus. idest turbationes et seditiones. confusa idest permixta. discedite idest recedite: quia sicut nox diem: sic peccata iusticiam: et diabolus christum fugit. Recedite inq; et bene debetis. quia christus existens lux intrat mentes fidelium. polus. idest corpus albescit. idest nitescit bonis operibus. quid dicam per singula. christus venit in corda nostra.



Caligo terræ scinditur:
Percussa solis spiculo.
Rebusq; iam color redit:
Vultu nitentis syderis.

Itam tenebrarum. iam redit animabus nostris: vultu nitentis syderis: idest splendore spiritus sancti qui est verus sol.

Te christe solum nouimus
Te mente pura & simplici.
Flendo & canendo quæsumus:
Intende nostris sensibus.

Caligo terre. i. obscuritas nostra. scinditur. i. diuiditur. vel secreta hereticorum caligo dico: percussa spiculo solis aspectu christi. i. diuino verbo: & color. i. vigor spiritus sancti qui recessit propter presentiam tenebrarum. iam redit animabus nostris: vultu nitentis syderis: idest splendore spiritus sancti qui est verus sol.

De xpe nouimus te solum redemptorem & illuminatorem te & non alium. pura mente & simplici: idest sine hypocrisis. quæsumus flendo peccata: & canendo. i. laudando te. intende. i. prebe assensum nostris precibus. i. intentionibus.

Multa. i. multe virtutes sunt illis nobis. i. iuncta vel yuncta factis. i. falsis coloribus. Fucus dicitur falsus color qui mixtis interveros colores obscurat eos: qui omnino purgetur tua luce idest tuo splendore. bene dico tua luce. quia o tu christe es

mess. iudas.
Sunt multa factis illita:
Quæ luce purgentur tua.
Tu lux eorum syderis:
Vultu sereno illumina.

lux eorum syderis. idest orientalis scilicet patris: & ideo illumina nos serenorum tu. idest claritate spiritus sancti.

Carmen est quale illud Primo dierum. Canitur ad horas vespertinas quarta feria: in qua sol & luna creati sunt. Itaque illorum officia commemorat: petitque cor nostrum illustrari.

Celi deus sanctissime:
Qui lucidum centrum poli.
Candore pinguis igneo:
Augens decoro lumine.

Materia huius hymni est laus quam consona voce. scilicet corde & ope tenemur deo pro soluere ideo. scilicet quia ad utilitatem nostram omnia confluxit & fecit ut celum & terram & multa alta. Primo fecit celum & terram. postea mare. quarta die sol & luna etc. Itaque ut ad brasili sue remunerationis nobis pateat accessus preterita & presentia dimittendo peccata. nos ad sui amorem faciat pervenire. Sanctissime deus celi qui pinguis. i. decorosus. lucidum poli centrum. i. spatium vel punctum poli. vel zodiacum per quem signa decurrunt. zodiacus animal interpretatur: centrum est medietas sphere. hic posuit centrum pro celo. i. partem pro toto. igneo candore. i. splendore tu dico augens decoro lumine. i. claritate. scilicet centrum poli cum pictura. scilicet claritate stellarum.

Quarto die qui flammam:
Solis rotam constituens.
Lunæ ministrans ordinem:
Vagosque cursus syderum.

Tu qui constituens rotam solis flammam. i. ardentem quarto die. Notandum est quod per quattuor dies mundus sine sole permansit. Prima die facta est angelica creatura. Secunda die celum & aer. Tertia die terra & aqua. Quarta die sol & luna. Quinta die pisces & aves. Sexta

Quarta die terra & aqua. Quinta die sol & luna. Quinta die pisces & aves. Sexta

die aialla: & homines. Et tu es ministras. i. tribuens ordinem lune. & vagos: i. varios syderum cursus. i. stellæ motus: quia non currunt cursu eodem semper stelle vel quantum ad planetas est vagus cursus. Alius est enim cursus lune. alius cursus solis. alius syderum.

Directionis terminum:
Primordialis ut mensium:
Signum dares notissimum.

Et quare ut luna daret terminum directionis: idest separationis vel diffusionis noctibus vel etiam luminis dicitur daret notissimum signum primordialis. i. principis mensium: quia mensis habet triginta dies paulo plus vel minus.

Illumina cor hominum:
Absterge sordes mentium.
Resolue culpæ vinculum:
Euertere moles criminum.

Et quia tu fecisti hec omnia: illumina cor hominum. & absterge sordes. i. pravas cogitationes mentium nostrarum. resolue culpæ vinculum: euertere moles criminum. i. magnitudines peccatorum.

Carimen est quale illud Primo dierum. Canitur ad horas nocturnas feria. v. Petimus a christo per noctis tenebras ut animi caligine excussa lumen gratiæ nobis infundat.

Nox atra rerum cõtegit.
Terre colores omnium.
Nos cõfidentes poscimus.
Te iuste iudex cordium.

Materia huius hymni est rogare deum ut ipse caliginem mentis ac corporis a nobis expellat. Rogamus etiam in hoc clementiam dei ut nos defendat ab hoste antiquo: & expellat intrinsecam obscuritatem: & mentis & corporis caliginem: & sui luminis claritatem concedat. Atra nox. i. diabolus vel peccatum. contegit. i. obtenebrat. colores omnium rerum terre: quia noctis obscuritas omnia contegit: & colores herbarum & ceterarum rerum in suis profundis tenebris obducit & sepelit. Sed cum hoc sit nunc quod lucem syderis habeamus in mente & hoc in medijs noctibus. i. quando mundus sedet in tenebris: & plerumque semper crescit incedia carnis: surgamus confidentes deum. i. iudicem cordium nostrorum. Et rogemus iustitiam ut auferat a nobis caliginem peccatorum: & det nobis sue gratiæ dulcedinem. Et ideo cum nox atra cõtegit. i. tenebrosos reddit colores omnium rerum terre. nos confidentes tibi peccata nostra poscimus te. i. poscimus ea que sunt vite. scilicet misericordiam. te dico. o iuste iudex cordium. idest animarum nostrarum & quare.

Tu auferas piacula:
Sordefque mentis abluas.
Donecque christe gratiam:
Ut arceantur crimina.

Tu auferas piacula. i. gravia peccata: & abluas mentis sordes. i. suggestiones diabolicas que pungunt nos: & o christe donec gratiam sancti spiritus ut crimina arceantur. i. expellantur & quare.

Mens ecce torpet impia:
Quam culpa mordet noxia.
Obscura gestit tollere:
Et te redemptor querere.

Dico quod expellatur crimina & quare quia ecce mens impia. idest peccatrix: torpet. idest pigrescit: quam culpam noxia. idest mala mordet idest ligatam tenet. & mens gestit. idest cupit tollere. idest



Depellere a se. obscura idest peccata & gestu te querere o redemptor:
Repelle tu caliginem:
Intrinsicus quam maxime.
Vt in beato gaudeat:
Se collocari lumine.

Carmen est quale illud Primo dierum. Canitur ad laudes matutinas feria. v. ventente luce petita nobis abigi tenebras peccatorum cum maxime habeamus iudicem cuncta cernentem.

Lux ecce surgit aurea:
Pallens fatiscat cecitas:
Quae nosinet in p̄ceptis diu:
Errore traxit deuio.
Certe huiusmodi continet idē cum superiorum hymno: sed intentio versus est hec. scilicet ne oculi peccent. Non vsq; modo texit colores terre: sed nō discendit: q; ecce lux aurea. idest euāgelica p̄dicatio surgit in corda nostra: & ideo omnis cecitas pallens idest diabolus. fatiscat. i. euāngeliceat: q; cecitas traxit idest duxit nosmetipsos in p̄ceptis idest in ruinam vel in precipitium: diu. idest multum deuio errore.

Hæc lux serenam conferat:
Purosq; nos præstet sibi.
Nihil loquamur subdolum:
Voluamus obscurum nihil.
Certe prudentio in libro cathemerinō dixit q; lux surrexit. & ideo hæc lux cōferat nobis serenam. i. virtutē spiritus sancti. q̄stet nos puros. idest donet nobis puritate anime sibi idest ad honorem suum. & hoc sic: vt nihil loquamur subdolum idest deceptiuum. & nihil voluamus obscurum. idest nullum cogitemus peccatum.

Sic tota decurrat dies.
Nec lingua mēdax nec manus:
Oculi ne peccent lubrici:
Nec noxa corpus in quiniet.
Certe ora dies idest totum tēp̄ vite nostre decurrat sic vt nō loquēdo subdoli nec lingua mēdax sit idest ne dicat mēdax: nec manus peccent. i. nō faciāt aut opent aliqd̄ mali. nec oculi lubrici aut opent aliqd̄ mali. nec corpus inquinat. idest. nō polluat corpus nostrum.

Speculator astat desuper:
Qui nos diebus omnibus:
A cunctisq; nostros prospicit:
A luce prima in vesperum.
Certe nolite peccare: q; speculator: idest dominus. astat: idest prospicit. desuper idest de celo. qui nos omnibus diebus: idest quotidie. & act̄ nostros prospicit. idest videt & cōsiderat a p̄ma luce. idest

a natiuitate in vesperū vsq; in noctem.
Carmen est quale illud Primo dierum. Canitur ad horas vespertinas feria quinta. Quo die quā ex aqua pisces & aues creata sunt. Petiit vt non deprimamur peccato nec extollamur superbia.

Magnæ deus potentie: Cui in hoc hymno cōtinetur quid de se
Quis ex aqua ortū genit:
Partim remittis gurgiti:
Partim leuas in aera.

Cui in quinto die. scilicet creauit pisces et aues ex aqua: & ipsorum que ex aqua fecit: partim inmisit gurgiti vt pisces partim leuauit i aera: vt aues. Creauit quod q; cete grandia benedixit eis dicens. Crescite et multiplicamini et replete aquas maris. auesq; multiplicetur super terram. Pisces & aues de aqua sunt orti: sed aues non comeduntur in omni tempore: vt pisces. quod ideo fit quia aues per coitum generantur: & vt nos generamus quod non est in piscibus. q; sunt calidioris nature. Intendit etiam autor rogare deum: vt nos qui sumus abluti sacro baptismate sic seruet vt nesciamus lapsus crisminum. et vt mala culpa nō deprimat nos. idest criminalia peccata. O deus magnæ potentie qui remittis genus. idest pisces et aues: genus dico ortum ex aquis. idest ex aqua baptismatis: partim gurgiti. idest in mari. idest in inferno vt pisces. idest malos homines: et leuas partim in aera vt aues. i. bonos homines. q. d. Sicut in aere aues collocasti: ita in celo homines vel sanctos.

Diuersa limphis imprimens:
Subuecta cœlis irrogans:
Vt stirpe vna prodita:
Diuersa rapiant loca:
Certe tu dico imprimens idest submergens diuersa. i. deorum mersa: vt pisces idest malos homines: limphis. idest aquis in fernalibus: & irrogans. i. subleuans: subuecta. i. sursum uecta: vt aues. i. puros homines: p̄dita. idest orta: vna stirpe. idest vno baptismate renati: rapiant. idest accipient diuersa loca vt aera: et aquā idest vitam eternam et eternam damnationem.

Largite cunctis seruilis:
Quos mūdāt vnda sanguinis:
Nescire lapsus criminum.
Nec ferre mortis tedium.
Certe tu qui omnia fecisti largire. i. tribue hoc. i. nescire lapsus criminum. i. casum illi in qui in baptismo dimissus est cunctis seruilis suis. que s vnda sanguinis qui mundat a peccato: ne p̄ et nō: tribue non ferre. i. portare vel habere tedium mortis. i. penam diaboli.

Vt culpa nullum deprimat:
Nullum leuet factantia.
Elisa mens ne concidat:
Elata mens ne corruat.
Certe ad hoc largire vt culpa idest graue peccatū nō deprimat. i. aggrauet vel aggrauat vllum xp̄ianum: & tactantia. i. superbia de bonis non leuet. i. non extollat vllum: & mens elisa. i. p̄cussa vel vulnerata a vitijs ne concidat. idest non incidat in desperationem. ne pro & elata mens idest inflata per superbiam non corruat in infernum.

Carmen est quale illud Primo dierum. Canitur ad horas nocturnas feria. vi. Petiit a deo medicinam peccatorum iam præteritorum: & antidotum quo premuniamur ab instantibus peccatis.



Triunitatis unitas:
Orbem potenter q regis.
Attende laudum cantica:
Que excubantes psallimus.

mine vt quicquid peccauimus fraude demonum: ipse christus abstergat es litus. **S** tu vnitas. idest o tu sancte spiritus qui procedis a patre a filio. trinitatis vnus deus in trinitate: qui regis. idest qui gubernas: potenter. idest potentia tua: orbem idest mundum: intende. idest respice vel ausculta: laudum cantica idest carmina hymnorum nostrorum: que cantica excubantes idest vigilantes: psallimus idest cantamus.

Nam lectulo confurgimus.
Noctis quieto tempore.
Vt flagitemus vulnerum:
A te medelam omnium.

idest indulgentiam omnium peccatorum nostrorum.

Quo fraude quicquid demonum:
In noctibus delinquimus:
Abstergat illud celitus:
Tuę potestas glorię.

Nec corpus adsit fordidum:
Nec torpor insitet cordium.
Nec criminis contagio:
Te pescat ardor spiritus.

eti non tepescat. idest non deficiat in nobis: cōtagio idest propter maculam vel iniquationem criminis idest peccati.

Ob hoc redēptor quęsumus.
Reple tuo nos lumine.
Per quod dierum circulis.
Nullis ruamur actibus.

Carmē est quale illud Primo dierū. Canitur ad laudes matutinas feria sexta: quia iam lux solis aduentat. Petit vt illustremur diuina luce quo permaneamus in spe fide & charitate.

In hoc hymno nos hortat auctor de somno surgere: & medelam vitiōrum querere. Intendit etiam in hoc hymno ipsam trinitatē laudare & inuocare: p quā mundus regitur. vt impleat nos suo lumine vt quicquid peccauimus fraude demonum: ipse christus abstergat es litus. **S** tu vnitas. idest o tu sancte spiritus qui procedis a patre a filio. trinitatis vnus deus in trinitate: qui regis. idest qui gubernas: potenter. idest potentia tua: orbem idest mundum: intende. idest respice vel ausculta: laudum cantica idest carmina hymnorum nostrorum: que cantica excubantes idest vigilantes: psallimus idest cantamus.

Nam cōfurgimus omnes: lectulo. i. desidia. Lectulus dicit ab electis molibus herbis sup quas antiqui requiescebant: quieto tēpore idest in horis noctis. & ad quid vt flagitem⁹ idest implorem⁹: a te medelam omnium vulnerū nostrorum.

Quo pro vt. & vt potestas glorię tue. i. tue laudis: abstergat. i. abluat. celitus. idest diuinitus illud peccatum. & quicquid vitiōrum. idest peccatorum. delinquimus idest fraude vel deceptione demonum peccauimus: in noctibus idest in tenebris vitiōrum.

Nec pro & pro non. nostrum corp⁹ adsit fordidum. idest pollutum vel fetidū: nec torpor idest pigritia vel malicia. cordium nostrorū insitet nobis & ardor spiritus idest amor vel gratia spiritus in nobis: cōtagio idest propter maculam vel iniquationem criminis idest peccati.

Ut amor tue gratie nō deficiat i nobis: ob hoc idest propter hoc. o redēptor quęsum⁹ te reple nos tuo lumine. idest splendore: per quod lumē nō ruamur: vllis actibus. idest nō cadam⁹ vllis peccatis: circulis dierum. idest in reuolutionib⁹ dierum.

Eterna cœli gloria:
Beata spes mortalium.
Cœli tonantis vnice:
Castęq; proles virginis:

tinere. **S** christe tu dico: eterna gloria cœli. i. angelorum vel q; p̄ per te glorificatur. & o beata spes mortalium. i. xpianorū. & vnice cœli tonantis. i. celestis patris secundum diuinitatem. & o proles. idest filii: castę virginis secundum humanitatem.

Da dexteram surgentibus.
Exurgat & mens iobria.
Flagransq; in laudem dei:
Grates rependat debitas.

nat debitas grates. scz in hymnis & canticis deo omnipotentis.

Ortus refulget lucifer:
Sparsamq; lucem nunciat:
Cadit caligo noctium:
Lux facta nos illuminet.

minet lumine spiritus sancti. & sanctificet nos & saluet nos.

Manensq; nostris sensibus:
Noctem repellat sæculi.
Omnisq; sine diei:
Purgata seruet pectora.

Et ipsa lux manens. i. permanens in nostris sensib⁹. i. in nobis: qui habemus quinq; sensus corporis: repellat a nobis noctem. i. diabolom seculi huius: idest mūdi: illa lux seruet pectora nostra. purgata a vitijs. omni sine diei. idest omni tempore vite nostre.

Quęsita iam primum fides:
Radicet altis sensibus.
Secunda spes congaudeat:
Qua maior extat charitas.

nostris: altis. idest profundis: secūda spes. idest prospera. per quam spem speramus vitam: congaudeat. idest simul letetur & crescat: qua scilicet spes est in fide: charitas extat maior: iuxta illud apostoli. Maior autem horum est charitas.

Carmen est quale illud Primo dierū. Canitur ad horas vespertinas feria sexta. Quo die quia bestię & reptilia cum homine creata sunt propter hominem: purgari a peccato & donari ceteris pręmijs petit.

Materia huius hymni est inuocatio ad xpm filium beate Marie virginis. vt dignetur nobis suā misericordiā tribuere & dexterā porrigere: vt mereamur corū roborationem fidei: spei: & charitatis obtinere. **S** christe tu dico: eterna gloria cœli. i. angelorum vel q; p̄ per te glorificatur. & o beata spes mortalium. i. xpianorū. & vnice cœli tonantis. i. celestis patris secundum diuinitatem. & o proles. idest filii: castę virginis secundum humanitatem.

Da dexteram. i. auxiliū tuū nobis surgentib⁹ a vitijs: & ita mens nra sobria. i. abstinens. exurgat. i. ad laudē tuā: q; p̄ & illa flagrans. i. ardens in laudem. i. in cōmémorationem dei rependat. i. persoluat debitas grates. scz in hymnis & canticis deo omnipotentis.

Lucifer. i. stella matutina. i. xps natus refulget: & nūciat mundo: lucē sparsam. i. natam & vndiq; dispersam. & vere nūnciat: q; caligo noctium. i. obscuritas diaboli: cadit. i. recedit. & ideo lux sancta. i. christus qui est lux sanctificata: nos illuminet lumine spiritus sancti. & sanctificet nos & saluet nos.

Et ipsa lux manens. i. permanens in nostris sensib⁹. i. in nobis: qui habemus quinq; sensus corporis: repellat a nobis noctem. i. diabolom seculi huius: idest mūdi: illa lux seruet pectora nostra. purgata a vitijs. omni sine diei. idest omni tempore vite nostre.

Fides quęsita a nobis in baptismo. iam primum. idest cito ideo dicit primum: quia fides prima cognominatur inter virtutes: in illo loco vbi dicit. Fides spes & charitas: idest ponat radices: sensibus nostris: altis. idest profundis: secūda spes. idest prospera. per quam spem speramus vitam: congaudeat. idest simul letetur & crescat: qua scilicet spes est in fide: charitas extat maior: iuxta illud apostoli. Maior autem horum est charitas.



Feria sexta ad vesp̄as.

Plasmatōr hominīs deus:
Qui cūcta solus ordinās:
Humū iubes producere:
Reptantis & ferē genus.

bus dicens. Crescite & multiplicamini & replete terram: & dominamini piscibus maris & volatilibus celi: & vniuersis que viuunt super terram. **Pos**uitq; eum in paradiso deliciarum: vt operaretur & custodiret illum. **Inten**dit itaq; auctor rogare deum: vt sicut fecit hominem superiorem cūctis animalibus: sic faciat vt nō sit inferior animalibus ppter peccata sua. **Querit** cur deus homines creauit quos malos futuros presciebat: q; sicut preuidit qd mali essent facturi: sic etiam preuidebat de malis factis eorum quid boni ipse facturus esset vel quid boni homines essent facturi. **Deus** plasmatōr. i. creator hominis. scilicet ade qui solus ordinans cuncta. idest disponens: tuas producere. idest procreare permittis: humum. idest terram: vel humū. i. ecclesiam scilicet bonos & malos homines. **Ecclesia** est congregatio fidelium: genus reptantis vt serpentum: & fere idest bestiarum.

Qui magna rerum corpora:
Distu iubentis vitia:
Vt seruant per ordinem:
Subdens dedisti homini.

per ordinem. i. vt omnia animalia supposita sint homini. quedā vt homines ista ederent. s. boues: oues: lepores: porcos: & talia. **E** talia vt illis yterentur: & ista equitarent: vt equos & mulos: & sic de ceteris.

Repelle a seruis tuis:
Quicquid per immundiciam:
Aut moribus se suggerit
Aut actibus se interierit.

cepit peccare: nequit abstinere: sed vult semper perseuerare: aut iterferit se. i. misceat actibus idest operationibus. scilicet cum mala facimus.

Da gaudiorum prēmia:
Da gratiarum munera.
Dissolue litis vincula.
Astringe pacis foedera.

Da p̄mia. i. remunerationes. gaudiorū eternorū da munera gr̄arū. i. dona spū s̄sancti: dissolue vincula litis. i. dissidia vel disrūpe pctā odij: astringe. i. cōtunge: federa pacis. i. cōtubernia sup̄e pacis.

Carmen est quale illud Primo dierum. Canitur ad horas nocturnas die sabbato surgentibus nocte ad cantandum. petit vt adentes igne sp̄ritus sancti vitam æternam mereamur.

In hoc hymno cognoscitur illud qd fecit deus in sexta die. creatis siquidem omnibus reptilibus. scilz piscibus: autibus & alijs bestiis: sexta die formauit deus adam: & perfecit eum omnibus animalibus dicens.

Et o tu deus q; fecisti dictu iubētis. idest verbo tuo precipientis magna corpora. idest iumenta pecora bestias omnium specierum diuersarū: vitia. idest animata: & subdens. idest supponens illa animā ista: dedisti homini: vt seruiant

Et o deus: repelle a seruis tuis quicquid suggerit. idest insert: se per immundiciam. idest per aliquam superfluitatem: culpam vel turpitudinē: vel per forditā comestionē: aut morib; idest per prauā consuetudinē: vt cū aliquis: postq; in-

Da p̄mia. i. remunerationes. gaudiorū eternorū da munera gr̄arū. i. dona spū s̄sancti: dissolue vincula litis. i. dissidia vel disrūpe pctā odij: astringe. i. cōtunge: federa pacis. i. cōtubernia sup̄e pacis.

Sabbato ad laudes.

Summē deus clementiæ:
Mūdiq; factor machinē:
Vnus potentialiter:
Trinusq; personaliter.

Vel repleat corda nostra igne sp̄ritus sancti: vt casto corpore mundo / deo seruire mereamur. **Deus**. clementie. i. alte pietatis: to factor: idest compositor machine. idest structure mundi: tu dico vnus potentialiter. i. in potentia secundum diuinitatem. & trinus personaliter. idest trinus in personis.

Nostros pius cum canticis
Fletus benigne suscipe.
Quo corde puro sordibus:
Te perfruemur largius.

Lumbos securq; morbidum:
Adure igne congruo.
Accincti vt sint perpetim:
Luxu remoto pessimo.

Ut quicq; horas nocturnas:
Nunc cocinendo rumpimus:
Donis beate patriæ:
Ditemur omnes affatim.

Camem est quale illud Primo dierum. Canitur ad laudes matutinas die sabbato facta mentione lucis aduentantis. petit illud strari diuina luce vt fruamur cognitione dei post mortem.

Avrora iam spargit polū:
Terris dies illabitur.
Lucis resultat spiculum:
Discedat omne lubricum.

etiam nos: vt taliter nos habeamus in hoc seculo vel in mane: vt ad illud vltimū mane venire possim; & audire mereamur. **Venite** benedicti patris mei. &c. **Itā** finito mundi termino: pctōres ppetue tenebris obscuritatis tradentur fidelibus vero & iustis. qui in hac vita nō sunt in nocte sed in luce: gloria & p̄mium effluet. i. abundanter clarescet. & hoc est quod precamur. **Euro**ra. idest christus spargit polū idest illuminat mentes vel ecclesiam: & dies

Materie huius hymni est cognitio nem habere trinitatis in vnitatis & vnitatis in trinitate. **Intendit** etiam auctor rogare deum vt cingat lumbos nostros cingulo castitatis. & adurat. i. inflammet vel repleat corda nostra igne sp̄ritus sancti: vt casto corpore mundo / deo seruire mereamur. **Deus**. clementie. i. alte pietatis: to factor: idest compositor machine. idest structure mundi: tu dico vnus potentialiter. i. in potentia secundum diuinitatem. & trinus personaliter. idest trinus in personis.

Et tu pius: noxiatus. p̄vocatio. suscipe benigne nros fletus: idest lachrymas. cum canticis: idest cū hymnis vel laudibus: quo proxi. fruamur te largi;: idest amplius: & hoc corde puro. i. mundo: sordibus: idest a vitijs.

Adure: idest accende. igne congruo: idest sp̄sctō. lūbos nros: & secur. s. epar: morbidum ad morbum & pctā inclinatū. **Et** nota q; hec tria secur: cerebrum & lumbi: cogunt boiem peccare: vt sint accincti: idest lumbi sint casti cōtra libidinem: perpetim. i. semp: remoto pessimo luxu. i. iniquo luxu. i. remota sit pessima luxuria: & alta vitia sint procul.

Ut quicq; .i. q̄cūq; cocinēdo. i. psallendo rumpim; .i. diuigilam; .i. diuidim;: horas noctiū oēs ditemur. i. diuites efficiamur: affatim. i. abūdāter: btē donis p̄sē idest beatitudine: scz p̄sē celestis.

Camem est quale illud Primo dierum. Canitur ad laudes matutinas die sabbato facta mentione lucis aduentantis. petit illud strari diuina luce vt fruamur cognitione dei post mortem.

Hymnus iste continuatur superioris ita nos rumpim; horas noctiū: vt nos omnes ditemur. i. diuites simus in xp̄o & ecce aurora. i. xp̄s iam spargit polū: idest illuminat corda hominū. **Portatur** etiam nos: vt taliter nos habeamus in hoc seculo vel in mane: vt ad illud vltimū mane venire possim; & audire mereamur. **Venite** benedicti patris mei. &c. **Itā** finito mundi termino: pctōres ppetue tenebris obscuritatis tradentur fidelibus vero & iustis. qui in hac vita nō sunt in nocte sed in luce: gloria & p̄mium effluet. i. abundanter clarescet. & hoc est quod precamur. **Euro**ra. idest christus spargit polū idest illuminat mentes vel ecclesiam: & dies



Sabbato ad vesp̄as.

Stabitur. i. immersi sur terris: z speculum. i. pulchritudo vel aspectus: lucis. i. claritatis: resurgat: z ideo omne lubricum. i. omne pctm̄: discedat a nobis.

Phantasma noctis decidat:
Mentis reatus subruat:
Quicquid tenebris horridū:
Nox attulit culpæ cadat,

Vt mane illud vltimum:
Quod prestolamur cernui:
In lucem nobis effluat:
Dum hæc canore concrepat.

noꝝ concrepat idest resonat. canore idest cantu vel laude.
Carmē est quale illud Primo dierū. Cantur ad horas vesp̄rt̄ nas die sabbatū: quia iam sol tendit ad occasum: petit diuino lumine illustrari: hortaturq; deum omni tempore laudare.

OLux beata trinitas:
Et principalis vnitas:
Iam sol recedit igneus:
Infunde lumen cordibus.

mur deum. scz. in prosperis z in aduersis: z ita concedat nobis transire diē z noctem sine peccato z sine impedimēto sathane: z hoc est. O beata trinitas idest o deus lux hominum vel mūdi vel angelorum: z vnitas principalis. i. qui habet principatum super angelos. sol. i. xps igneus recedit a nobis. i. ideo in funde lumen. i. sp̄s sanctum in cordibus nostris: idest sensibus: vt illud habere mereamur.

Te mane laudum carmine:
Te deprecemur vesp̄ri.
Te nostra supplex gloria:
Per cuncta laudet sæcula.

las horas. scz. quotīd̄ez in oibus horis: z in omni tempore. Unde ait. pp̄be ta. Vesp̄re z mane merīdie zc. z deprecemur vesp̄ri. i. in fine mundi: nra supplex. idest humilis: gloria laudet te per cūcta secula. i. per omnia secula. z hoc perpetue. idest sine fine.

Carmen est dimetrum sambicū magna ex parte cacometrū
Canitur aduentus tempore: itaq; & incarnationis christi & vtriusq; aduentus illius mentionem facit.

Phantasma. i. fantasia vel deceptio: noctis. i. diaboli: decidat. idest cadat vel ruat reatus idest culpa: mēt̄is subruat. i. cadat a nobis z quicquid horridum idest diffoꝝ me. culpe noꝝ idest diaboli: vel nocturna cogitatio. attulit nobis in tenebris: idest cadat a nobis.

Vt mane illud vltimum. i. iudiciū futurum: vel charitas. idest aduētus christi: quod mane cernui idest inclinati. prestola mur. i. speramus vel spectamus. effluat idest eueniat. nobis in lucem: dum bec.

